UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni Bredenbachij S. Th. D.||

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

61. De Michaelo Imperat. diuina mysteria per luludibri[um] repræsent[an]te, eiusque funesto interitu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-65002

Visual Library

ſiaſticę. Vbi peruẽtum eſt ad canticum Ag
Dei, ecce feſtinus accurrit miniſter ſacrifi
tis, exponit, vxorem eius coarctari dolori
partus. Ille ſacrificium ſine cauda & ſalec
rens, non ſuſtinuit in eo perſiſtere donec
ſolueret, ſed protinus excuſſo habitu, Mi
miſſa facta (vti aliquãdo ad D. Ioan. Voſſ
nanũ, Melanchtonẽ dixiſſe ex ipſo D. Al
no intellexi) ſeſe feſtinus domũ proripu
ter eundũ nũtiatur ei, vxorẽ duos gemell
nixã. Fauſtũ hoc nuntiũ mox vt domũ ing
ſus eſt, conuertitur in luctũm; vterque e
filiolus exſtinctus eſt. Vxoris deinde cubi
ingreſſus, eam cum morte conflictari, & p
lò pòſt defungi videt. Ipſe quoque poſt
peſte corripitur, cum omnibus qui vel
niſterio, vel cantu, imò etiam ſola præſ
ſacrificio vel tacitè, vel expreſsè ſuffrag
rant, omnesq́ue eadem lue moriuntur.
tholicus verò ex infirmitate decumbens,
ualuit. Nolite errare, inquit Apoſtolus, D
non irridetur.

Conſtantinus Manaſſes in Annalibus, & Mi
Glycas parte 4. Annalium, de Michaelo Imp
diuina myſteria per ludibrium repræſentan
iuſque funeſto interitu.

CAP. LXI.

MIchaëlus III. Imperat. cognomine t
lentus, quem ſcriptores Annalium
mores perditos diſſolutiſſimos, alterum I

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tontem, Neronem & Sardanapalum vocant, cùm in omne flagitiorum genus ſeſe venundaret, ad hunc tandem velut ſcelerum omnium apicem & coronidem progreſſus eſt, vt poſt quotidianos in omni turpitudine profectus, etiam aduerſus ſacroſancta myſteria Seraphis ipſis venerabilia, vir nequiſſimus debacharetur. Quippe acrem ſynapi ſuccum in craterem fundens, ſacrum illud formidabile repræſentabat, ludens (vt dici ſolet) in ijs, quæ ludum iocumque non admittunt, & ridens in minimè ridiculis. Ita viuentem Michaëlum mater videns, & Imperatorem Romanum factum eſſe ludicrum, totis viſceribus & animo commouebatur, cumque verbis caſtigabat, corrigebat, exhortabatur. Sed (quod prouerbio dicitur) cum mortuo colloquebatur, & admonitiones apud ſurdum cantillabat, ac tādem mater à filio regia expellitur. Baſilius verò poſtea ad imperium prouectus, quum Michaelum ceu vinoſum ac temulentum damnaſſet, gladio viſcera eius ad D. Mamantis ædem, vt Glycas commemorat, traiecit. Talem impius ille tremendorum myſteriorum prophanator ſortitus eſt exitum, matris perſecutor, Dei contemptor, Imperij diſſipator, à talibus viperis venenum ſuum mutuantur aſpides noſtrorum ſacramentariorum, ſicque ferè accidit, vt qui ſunt ſacrilegio pares, morū turpitudine ſint ſimiles.

Impe-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN